EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIAE.

Et quintus angelus effudit
fialam suam super tronum bestie
et factum est regnum eius con
tenebratum. Id est. de his plagis
quas supra diximus obscuratum
et lucis alienum. Tronus enim bestie
sedes eius est ipsa est sub pedibus
mulieris. Et commandebant linguas
suas a doloribus suis. Id est. Inuicem
sibi nocebant. quia cum sint mali.
et unum corpus diaboli sint inter se
inuicem pacem non habent. Sicut
ueritas dicit. Occidet autem frater
in mortem et pater filium. et insurgunt
filii in parentes. et morte eos afficient.
Blasfemauerunt celum dei. quia hoc brebe
tempus gaudii contemnunt et quod
oculis uident hoc pro deo habere
se putant. Tale uero pro deo
uenerem colunt. et penitentiam
non egerunt. Unde obdurati sunt
per legem et mundi amicitiam.
Num aperte deum blasfemant. Num cum
sint imitatores mundi. et predica
tores nequissimi super pace et habun
dantia sua gratias deo referunt.
Sicut in euangelio dictum est. de ouibus
dei. uendentes eas dicebant benedictus
dominus. quia et nos benedicti sumus.

INCIPIT SEXTUS ANGELUS

Et sextus angelus effudit
fialam suam super
flumen illud magnum
eufraten. et siccatum est
aqua eius ut prepararetur uia
regum eorum qui sunt
ab hortu solis.

EXPLICIT STORIAE

Madrid. Bibl. Nac. Nº . Beatus manuscript of King Ferdinand I, from San Isidoro de Leon. Facundus scripsit dated 1047.
Photo J. Pierpont Morgan Library. Exped. Walter W.S.Cook.1926.
2011 Ministerio de Cultura